Ua
1726

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0002-3

KOEN. BIBL. DER UNIVERS. HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0004-4

# CAROLI A LINNÉ

EQV. AVR.

ACAD. REG. PARIS. MEMBR.

# CLAVIS MEDICINÆ

DVPLEX,

EXTERIOR & INTERIOR.

*Univerſum luctâ diſcordium æquilibratur.*

## ITERATA EDITIO

FORAS DEDIT ET PRÆFATVS EST

ERN. GODOFR. BALDINGER,

PHILOS. ET MED. DOCTOR,

PRAEFECTVRAE LONGOSALISSENSIS PHYSICVS, ACAD. MOGVNTIN. SC. VTIL. NEC NON SOCIETAT. TEVTONIC. IENENS. ELEGANT. LITTERAR. SOC.

LONGOSALISSAE,

APVD IO. CHR. MARTINI.

1767.

1902: G Kl 518

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0005-0

MEDICIS SÆCVLARIBVS:

# D. SIGFRIDO ALBINO,

ANATOMICO SVMMO.

# D. ALBERT. VON HALLER,

PHYSIOLOGO SVMMO.

# D. GERARD. VAN SWIETEN,

OBSERVATORI SVMMO.

ET

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0007-1

D. FRANC. DE SAUVAGES,

PATHOLOGO SVMMO.

D. NIC. v. ROSENSTEIN,

THERAPEVTICO SVMMO.

D. D. D.

CAROL. v. LINNÉ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0008-7

# PROLOQVIVM.

Homine nihil imbecillius terra alit *a*); nulli enim vita fragilior, nulli tot morbi, tot curæ, tot pericula *b*). Cumque ſola ſanitate felices ab infelicibus dignoſcantur, infeliciſſimi diceremur, niſi Optimo Creatori placuiſſet Medicinam infundere plantis, quas calcamus pedibus. Sed merito, dum nemini noſtrum lubet ſcire, quid ſaluti ſuæ opus ſit, alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoſcimus, aliena memoria ſalutamus, aliena opera vivimus *c*). Inde Medicina, vna artium, quæ imperatoribus etiam imperat *d*); & hinc Medico vbicunque patria.

Fingunt ideoque ſe Medicos omnes: Hiſtrio, Raſor, Anus, cum ſit artium fructuoſior nulla *e*); in Medicina enim ſola evenit, vt cuique Medicum ſe profeſſo ſtatim credatur, cum ſit periculum in nullo mendacio maius *f*). Illi periculis noſtris diſcunt, experimenta per mortes agunt *g*), iisque hominem occidiſſe ſumma eſt impunitas; quum nulla lex, quæ puniat horum inſcitiam capi-

 talem

*a*) *Homerus.* *b*) *Seneca.* *c*) *Plin.* 29. 1. *d*) *Plin.* *e*) *Plin.* *f*) *Plin.* *g*) *Plin.* 19, 12.

talem nullum exemplar vindictæ *h*); eiusmodi ineruditis certe nequior nemo, imprimis quos aſtus & prognoſis pediſſequuntur *i*); Medicamenta enim præſtantiſſima ſunt in manibus imperitorum, vti gladius in dextra furioſi *k*); hi novitate aliqua famam aucupantes, animas noſtras ſtatim negotiantur, &, vt quisque horum inter Medicos loquendo polleat, imperator illico vitæ necisque noſtræ ſit *l*). Semidoctos non loquar, qui prodeſſe ignari, ne noceant cautius mercantur, medicabundi morbum examinant, conclamatum præſagiunt, venam ſecando alvumque reſerando præparant, cunctandoque proficiunt dum Hannibal ante portas, curant exſpectando, ſed vt, heroicorum oſores medicamentorum moleſte ſeduli, quid feciſſe videantur inertia præſcribunt, tamen refracta doſi, incendium ſputo exſtinguentes, gnari pulverem felicem venire tempore criſeos, vt æger vel convaleſcat eorum, vel pereat ſuo fato; cum interdum docta plus valeat arte malum, nec ſit in Medico vt ſemper relevetur æger.

Terram, in quam Optimus Creator hominem depoſuit, vegetabilibus vndique obvelavit tamquam tapetio. Sunt Vegetabilia omnia

*h*) *Plin.* 29. 1. *i*) *Harv. concl. med.* *k*) *Hoffm. fund. I.* 45.) *l*) *Plin.* 29. 1.

omnia aut plantæ *Eſculentæ*, ſed paucæ, quæ hominem ſuſtentant, aut *Toxicæ*, innumeræ reliquæ, corpus noſtrum quæ immutant, differentes Odore & Sapore, vt totidem Medicamenta. Sic Pharmacopœa miſero homini vbique paratiſſima, refertiſſima, ſed ſimpliciſſima. At ſimplex Medicina optima eſt *m*); in Simplicibus remediis apparere naturam, in Compoſitis conjecturam fallacem *n*) veriſſimum; ideoque Medicina quondam paucarum fuit ſcientia herbarum, ignotæ tum temporis ad pompam excogitatæ Medicamentorum compoſitiones *o*), & quorundam ſesquipedalia complementa *p*); quicunque enim longas remediorum formulas præſcribit, is aut dolo peccat aut ignorantia, non minus quam qui Panaceas crepat; ſed fraudes hominum & ingeniorum capturæ officinas invenere iſtas, in quibus ſua cuique venalis promittitur vita *q*). Imperantes, quibus cura ſalutis Civium, in omnibus bene inſtitutis Regnis, Academias erexerunt, vt in his Alumni a pueris imbuerentur ſolidis præceptis Medicis, quibus fundarent & inædificarent Æſculapii templa; Hos dein eruditione & ſapientia ſaturos voluere Titulis condeco-

 rari,

---

*m*) *Plato*. *n*) *Plin*. 22. 13. *o*) *Senec. epiſt*. 95.
*p*) *Ludov. pharm*. 550. *q*) *Plin*. 24. 1.

rari, vt dignoſcerentur ab Agyrtis, quo Miſeri, qui neſciunt diſtinguere veros a falſis, ipſi ſciant, quibus ſalutem ſuam tuto committant; Ne vero ejusmodi Agyrtæ in Medicorum locum ſe inſinuent, juſta lance ponderarentur ſinguli ab ipſius artis Magiſtris, quod fit privatis publicisque Examinibus & Speciminibus; MEDICVM enim oportet non vacillare, ſed incedere Pedibus duobus firmiſſimis *Ratione* nempe & *Experientia*; Manibus quoque duabus polleat expeditiſſimis cognitione nempe *Morbi* & *Medicamenti*; Veſtitus demum ſit *Botanica*, *Zoologia*, *Chemia*, *Pharmacia*, *Diæta*, *Phyſiologia*, *Anatomia*, ne nudus prodeat. *Program. noſtr. 1758. Jun. 19.*

Medici primum erit firmis inſiſtere talis, ne titubet: diſcat itaque, tamquam altero pede, *Diætæ* effectus, ejusque ex errore oriundas labes ſimplices, obſervationibus ſolide demonſtratas; altero vero rerum *Naturalium* vires eorumque in corpus effectus, evidenter demonſtratas, impoſitis vtrique fixis, minimeque vagis *Terminis*, quibus deſtitutus nunquam non vacillet. Verba itaque valebunt vt nummi, ex conſenſu dantis & accipientis.

*Temporibus medicina valet, data tempore prodeſt.*

PRÆ-

# PRÆFATIO EDITORIS.

Etſi *Linnæani* nominis celebritas ſufficere poſſit, cum novam exhibeo editionem libelli, quem venalem non proſtare in Germania ſcio, tamen neque auctoris celebritas, neque libelli raritas efficere potuiſſent, vt de nova ejus editione divulganda cogitaviſſem. Conſilii longe aliam habui cauſſam, quam reticere nolui.

Cum libri novitate motus ad lectionem eius acceſſiſſem, miratus ſum audaciam auctoris in definiendis rerum cauſſis atque effectibus. Multa enim inueni, inaudita prorſus & vix exſpectata, maxime vero, cum de neruorum vſu, morborum cauſſis, & medicamentorum viribus ſermo eſt.

Quæ philoſophandi ratio ſuper rebus medicis, nondum quidem in vniverſum probata atque ab omnibus recepta, aliquam tamen attentionem, ex mea ſaltim ſententia,

meretur, cum notum ſit omnibus, hypotheſi tunc locum eſſe concedendum ad veri inveſtigationem, cum vera rei cauſſa, nondum ſatis detecta, ſagaciſſimorum etiam ingeniorum acumen effugere videtur. Communi omnium conſenſu affirmare poſſum, illud valere inprimis de doctrina medicorum, quæ circa hominis naturam verſatur, quam græco vocabulo Phyſiologiam vocant. Nervorum vſus & quarundam cerebri partium præ ceteris abſtruſus latet, & quidquid de his ſcimus, ni fallor, hypotheſis eſt. Si quis de effati huius veritate dubitare velit, illi commendo librum *Roberti Whytt*, quo diſcat multa dediſcere quæ de conſenſu nervorum, (aſylo medicorum practicorum, quorum vivam depinxit imaginem *Zimmermannus*,) paſſim occurrunt in libris argumenti medici, quæ vero falſa declaravit & correxit vir acutiſſimi ingenii.

Quam ardua res ſit, vires ſimplicium medicamentorum determinare, id libri recentiorum ſatis ſuperque teſtantur. Quanta diſſenſio! For-

Forte hominibus inveſtigatio veri prorſus denegata eſt; cumulantur enim hypotheſes in dies magis. Quæ cum ita ſint, vix dubito affirmare, bellum imminere omnium contra omnes. Quam effrenata ſcribendi ratio nunc in quorundam libris obſeruatur, quam eam ſolam ob cauſſam ſibi elegiſſe videntur, vt inclareſcant, & nominis ſui famam poſteris commendent.

Sed quorſum rapior! Non mearum eſſe partium judico componere lites, nec verum ſtatuere pretium auctoribus.

Quemcunque potius fato ſuo relinquere, tutius erit. Veritas enim odium parit. Animus erat, libellum viri meritorum laude conſpicui divulgare, quod per iteratam editionem feciſſe ſufficiat mihi.

Quod ſupereſt, gratias ago Viro Cl. *Io. Ern. Wichmann*, Medicinæ Doctori & medico Hannoverano feliciſſimo, amico valde caro, cui me plura debere lubenti animo fateor,

teor, & de cuius amicitia mihi gratulor, is enim communicavit mecum exemplar Holmienſe *Clavis medicinæ.* Optandum eſt, vt omnibus ac ſingulis liceat cum *Clave Linnæi* recludere portam ad occluſum medicinæ atrium.

*Scrib. Longoſaliſſæ Thuringorum*

*d. 21. Jan. 1767.*

I. IN-

# I. INTRODVCTIO.

CORPORIS machina Pneumatico-hydraulica moderatur a VITA.

VITÆ perpetuum mobile reſuſcitat effectu cauſſam motus.

MOTVS terit continuo, & continuo detritum reparandum eſt a Diæta. Amoen. VI. 487.

DIÆTA reparat & Corticale Vitale & Medullare Animale.

VITALES Functiones reſarciuntur a *Sapidis* ſolubilibus durabilibus.

ANIMALES Actiones inſufflantur ab *Olidis* volatilibus fugacibus.

NATVRA facit Selectum Sapidorum Olidorumque.

MORBI ſunt Labes, ab erroneo ſelectu ortæ.

CVRANTVR Morbi morbis & Contraria contrariis.



*Principiis obſta; ſero Medicina paratur,*
*Cum mala per longas invaluere moras.*
OVID.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0017-7

# II. DIVISIO.

Partes Medicinæ corporis primariæ ſunt VII.

ANATOMIA denudat *Vitale* corticale & *Animale* medullare.

Species: *Oſteologia*, *Myologia*, *Angiologia*, *Splanchnologia*, *Neurologia*.

PHYSIOLOGIA explicat Vitales functiones *hydraulicas*,
Solubilibus reſarciendas.
indagat Animales Actiones, *Electricas*,
Volatilibus ſuſtentandas.

Species: *Chylificatio*, *Circulatio*, *Secretio*, *Generatio*, *Vivificatio*.

DIÆTA Exceſſu *Cauſſas Remotas* Procatarcticas morborum generat.

Species: *Aer*, *Ingeſta*, *Somnus*, *Mota*, *Secreta*, *Pathemata*.

PATHOLOGIA Effectu *Cauſſas Proximas* Proëgumenas morborum ex Diæta patefacit.

Species: *Æthiologia*, *Semiologia*: diagnoſtica & prognoſtica.

NATVRA mutat Vitale Qualitatibus *Sapidis*, & Animale Qualitatibus *Olidis*. Amoen. VI. 485.

Species: *Sapor*, *Odor*, *Color*.

THERAPIA Diætæ exceſſibus opponit Naturæ qualitates dictitante Pathologia ex *Indicante* ad *Indicatum*.

Species: *Indicatio*, *Præſcriptio* Evacuatoria,

Al-

Alteratoria, Applicatoria, *Ordinatio, Cautio.*

MEDITRINA apta media ſubminiſtrat obſervatis declarata.

Species: *Materia, Pharmacia, Chemia, Formula.*

SECTÆ Medicæ duæ ſunt, quarum poſterior ſolida:

EMPIRICA Caſualis, *Obſervationibus* experimentata,

*Genera* morborum ex Charactere reſpiciens,

*Vſibus* medicamentorum curans.

DOGMATICA Mechanica, *Theoriâ* inædificata,

*Species* morborum a Cauſſa inquirens.

*Viribus* medicamentorum curans.

CLAVES Dogmaticæ medicinæ duæ ſunt, vtraque digitis quinque oppoſitis diviſa.

PATERNA *exterior* Vitalis, Sapidis aperiens. 3 -- 6.

MATERNA *interior* Animalis, Olidis reſerans 7 -- 10.

## CLAVIS EXTERIOR III -- VI.

# III. PATHOLOGIA

CORPVS vitale conſtat

*Humoribus* fluidis contentis & continentibus

fibroſis *Solidis*;

Sic

Humores *Fluida* conſtituuntque

*Fibræ* ſolida.

| HVMORES. | generant | FIBRAS. |
|---|---|---|
| DIATHESES, DISCASIÆ. | | LAXÆ, STRICTÆ. |
| I. Tenues, Denſi. | - - - | Humidæ, Torridæ. I. |
| II. Aciduli, Phlogiſtici | - - - | Teneræ, Tenaces. II. |
| III. Oleoſi, Acres. | - - - | Pingues, Macræ. III. |

IV. Ple-

IV. Plethorici, Pauperati - - - Turgidæ, Graciles IV.

V. Glutinoſi, Muriatici - - - Fluxæ, Rigidæ. V.

IV.

---

1. Tenues *Hydrops.*
   Denſi *Maraſmus.*
2. Aciduli *Coryza, Rheumatiſmus, Febr. intermittent. exacerbant.*
   Phlogiſtici *Febres Phlogiſticæ.*
3. Oleoſi *Polyſarcia, Hernia, Carus, Cataphora.*
   Acres *Hemoptyſis.*
4. Plethorici *Hæmorrhagia, Apoplexia.*
   Pauperati *Tabes.*
5. Glutinoſi *Anorexia, Aſthma, Cachexia.*
   Muriatici *Scorbutus.*

*Oppoſita oppoſitis illuceſcunt & definiuntur:*
*E. gr. Tenerum, quod minime Tenax* 2.

Lin. Amoen. VII. 345.

# IV. DIÆTA

Peccat in EXCESSV

RERVM non NATVRALIVM.

*Agitantia* oppoſita *Ceſſantia*.

| | |
|---|---|
| Excreta, | Retenta. |
| Motus, | Quies. |
| Vigiliæ, | Somnus. |
| Fames, | Cibus. |
| Frigus, | Calor. |

| | FLVIDA. | SOLIDA. | | |
|---|---|---|---|---|
| I. EXCRETA | Denſa, | Torrida. | | |
| | Tenuia, | Humida. | RETENTA. | II. |
| III. MOTIO | Phlogiſtica, | Tenacia. | | |
| | Acidula, | Tenera | QVIES. | IV. |
| V. VIGILIÆ | Acria, | Macra. | | |
| | Oleoſa, | Pinguia | SOMNVS. | VI. |
| VII. FAMES | Pauperata, | Gracilia. | | |
| | Plethorica, | Turgida | CIBVS. | VIII. |
| IX. FRIGVS | Muriatica, | Rigida. | | |
| | Glutinoſa, | Fluxa | CALOR. | X. |

*Effectus.*

V. NA-

PATHEMATA *Diætæ ſextum membrum ad cap. 2. animale ſpectat.*

# V. NATVRA.

ſecundum

QVALITATES Senſuum SAPIDAS Amoen. VI. 496

Seligit

Vires Diæteticas & Medicas.

## SAPORES.

*Liquidi* oppoſiti *Arentes*

Aquoſi, Sicci.

Acidi, Amari.

Pingues, Stiptici.

Dulces, Acres.

Mucoſi, Salſi.

| | Fluida. | Solida. | |
|---|---|---|---|
| I. AQVOSA | Diluentia, | Humectantia. | |
| | Abſorbentia, | Exſiccantia | SICCA. II. |
| III. ACIDA | Refrigerantia, | Attenuantia. | |
| | Balſamica, | Tonica | AMARA. IV. |



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0023-0

V. PINGVIA Obtundentia, Emollientia.
Inſpiſſantia, Adſtringentia
STIPTICA. VI.

VII. DVLCIA Edulcorantia, Incraſſantia.
Incidentia, Corrodentia
ACRIA. VIII.

IX. MVCOSA Inviſcantia, Lubricantia.
Penetrantia, Abſtergentia
SALSA. X.

*Vires.*

VI. THE-

---

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| AQVOSA | *Aqua* | - - - - | *Farina* | SICCA. |
| ACIDA | *Acetum* | - - - - | *Fel* | AMARA. |
| PINGVIA | *Oleum* | - - - - | *Galla* | STIPTICA. |
| DVLCIA | *Saccharum* | - - - - | *Capſicum* | ACRIA. |
| MVCOSA | *Mucilago* | - - - - | *Sal* | SALSA. |

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0024-5

# VI. THERAPIA

Diætetici *Exceſſus* generant Pathologica *Vitia* Indicantia, occurrenda Naturæ *Qualitatibus*, exſerentibus *Vires*, vnde *Vſus* practicus.

DIÆTETICA Vitia emendantur Naturæ QVALITATIBVS.

| | Flvida. | Solida. | | |
|---|---|---|---|---|
| I. EXCRETA | Denſa, | Torrida. | | |
| | *Diluunt*, | *Humectant* | AQVOSA. | I. |
| II. RETENTA | Tenuia, | Humida. | | |
| | *Abſorbent*, | *Exſiccant* | SICCA. | II. |
| III. MOTIO | Phlogiſtica, | Tenacia. | | |
| | *Refrigerant*, | *Attenuant* | ACIDA. | III. |
| IV. QVIES | Acidula, | Tenera. | | |
| | *Balſamant*, | *Tonicant* | AMARA. | IV. |
| V. VIGILIÆ | Acria, | Macra. | | |
| | *Obtundunt*, | *Emolliunt* | PINGVIA. | V. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| VI. SOMNVS | Oleoſa, | Pinguia. | |
| | *Inſpiſſant*, | *Adſtringunt* | STIPTICA. VI. |
| VII. FAMES | Pauperata, | Gracilia. | |
| | *Edulcorant*, | *Incraſſant* | DVLCIA. VII. |
| VIII. CIBVS | Plethorica, | Turgida. | |
| | *Incidunt*, | *Corrodunt* | ACRIA. VIII. |
| IX. FRIGVS | Muriatica, | Rigida. | |
| | *Inviſcant*, | *Lubricant* | MVCOSA. IX. |
| X. CALOR | Glutinoſa, | Fluxa. | |
| | *Penetrant*, | *Abſtergunt* | SALSA. X. |

CLA-

---

Legatur e. gr. *Fluida* denſa *diluunt* Aquoſa; Phlogiſtica *refrigerant* Acida; in *Solidis* Humida *exſiccant* Sicca, *quorum enumeratio p.* 13.

# CLAVIS INTERIOR VII -- X.

## VII. THEORIA. Amoen: VI. 439.

ENCEPHALVM medullare, molluſcum, meningibus tunicatum, electricum, Sedes ſentientis, Volentis, moventisque VITÆ.

PARTES Encephali: Medulla *Caudalis*, *Spinalis*, *Oblongata*, *Cerebellum*, *Cerebrumque*, Nervos emittentes ex faſciculis ſubdiviſis, ſimpliciſſimos, capillares, ad Corporis vniuerſi Fibras.

FVNCTIONES: *Alitur* corporis ſubtiliſſimo *Halitu.*
*Flagrat* veſtali, inconſpicuo, ſingulari *Electrico.*
*Mutatur* a Volatili *Olido.*

EFFECTVS: *Generatio*, *Vigor*, *Actio*, *Senſum*, *Vigilium.*

| | | |
|---|---|---|
| CAVDALIS | protruſione | promit *Libidinem.* I. |
| SPINALIS | oſcillatione? | radiat *Vigorem.* II. |
| OBLONGATA | reciprocatione | movet *Actionem.* III. |
| CEREBELLVM | tractione | ſtringit *Senſum.* IV. |
| CEREBRVM | dilatione | excitat *Vigilium.* V. |

*Superiorum Motus exhaurit electricas Vires Inferiorum.*

I. LIBIDO expreſſio (inferioris *Caudalis*)
coarctatio STERILITAS. I.
II. VIGILIVM expanſio (corticis *Cerebri*)
compreſſio SOMNVS. II.
III. VIGOR impletio (electrici *Spinalis*)
inanitio DEBILITAS. III.
IV. ACTIO reciprocatio (ſyſtoles *Oblongatæ*)
retardatio LANGVITAS IV.
V. SENSVM tractio (interioris *Cerebelli*)
relaxatio STVPIDITAS. V.
VIII.

---

*ENCEPHALI partium Functiones propriæ etiamnum in Phyſiologia dubiæ ſunt:*

1. *CAVDALIS genitalibus proxima judicatur ex analogia plantarum; ex ſterilitate infantili ſenilique.*

3. *SPINALIS: vigor ſ. vires corporis ex preſſione privativa paralytica, vbi partis* Stupor, Torpor, Debilitas, Gravitas, Laxitas, Refrigeratio.

4. *OBLONGATÆ: Motus internus Cordis, periſtalticus, Viſcerumque involuntarius indicatur ex hujus ſyſtole diaſtoleque in Meduſis; ex læſionis citatiſſima morte.*

5. *CEREBELLI labes Voluntatis actus turbare patet exemplis.*

2. *CEREBRI Corticis compreſſionem* Somnum *producere; alterius lateris* Vertiginem; *etiam interioris oppoſitam* Catalepſin, *vti in partu prodeuntibus, docuere obſervata.*

*ELECTRICVM eſſe veterum Spiritus animales ſuadent Funiculi vmbilicalis diſſectio, Aër mephiticus, Exſpiratio, Reſpirationis neceſſitas, cerebri pulmonumque ſynchroniſmus, pulmonibus hauriendum ex ſententia noſtra.* Veſtalem *eſſe, a prima matre continuatum ignem, quum nulla generatio extra corpus. Hypotheſes hæ ſive ita ſint, ſive aliter, concluſio tamen ex obſervatis vera.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0028-8

# VIII. DIÆTA.

## PATHEMATA.

| | |
|---|---|
| LIBIDO | Moderatio. |
| SOMNVS | Refectio. |
| VIGOR | Elaſticitas. |
| ACTIO | Tepor. |
| SENSVM | Agilitas. |

*Contrariorum contraria eſt ratio.*

## EXCESSVS.

| | *Oppoſiti,* | | |
|---|---|---|---|
| I. LIBIDO | Torpor; | Inquietudo | CASTITAS. |
| II. VIGILIVM | Defectio; | Tarditas | SOMNVS. |
| III. VIGOR | Levitas; | Gravitas | DEBILITAS. |
| IV. ACTIO | Febris; | Evacuatio | LANGVITAS. |
| V. SENSVM | Spaſmus; | Fatuitas | STVPIDITAS. |

IX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ex. gr | 1. LIBIDO | *Satyriaſis* 81. | CASTITAS *Atecnia.* 119. |
| | 2. VIGILIVM | *Agrypnia* 130. | SOMNVS *Soporoſi.* 96. -- 105. |
| | 3. VIGOR | *Suppreſſorii* 146 -170. | DEBILITAS *Defectivi.* 90 -- 94. |
| | 4. ACTIO | *Febres* 1 -- 39. | LANGVITAS *Evacuatorii.* 183.--190. |
| | 5. SENSVM | *Doloroſi* 40 -- 61. | STVPIDITAS *Mentales.* 65 -- 87. |

*Numeri ex Generibus Morborum allegati.*

*Generis tamen ejusdem diverſa Species diverſam ſæpe cauſſam agnoſcere conſtat.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0029-7

# IX. NATVRA.

ſecundum

QVALITATES Senſuum OLIDAS

Seligit

Vires Diæteticas & MEDICAS.

## ODORES.

| *Suaveolentes.* | *oppoſiti.* | *Graveolentes.* |
| --- | --- | --- |
| AMBROSIACA | Libidini | HIRCOSA. |
| FRAGRANTIA | Somno | NIDOROSA. |
| SPIRITVOSA | Vigori | TETRA. |
| AROMATICA | Actui | NAVSEOSA. |
| ORGASTICA | Senſi | VIROSA. |

XI. AMBROSIACA

Pandentia *Aphrodiſiaca.*

*Diſcutientia* Exſpirantia

HIRCOSA. XII.

XIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0030-8

XIII. FRAGRANTIA

Pacantia *Paregorica.*

*Temulenta* Roborantia

NIDOROSA. XIV.

XV. SPIRANTIA

Incitantia *Analeptica.*

*Narcotica* Suffocantia

TETRA. XVI.

XVII. AROMATICA

Stimulantia *Calefacientia.*

*Evacuantia* Convulſiva

NAVSEOSA. XVIII.

XIX. ORGASTICA

Stringentia *Spaſtica.*

*Fatuantia* Relaxantia

VIROSA. XX.

X. THE-

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| AMBROSIACA | *Moſchus* | - - - | *Hircus* | HIRCOSA. |
| FRAGRANTIA | *Lilium* | - - - - | *Cannabis* | NIDOROSA. |
| SPIRANTIA | *Marum* | - - - - | *Opium* | TETRA. |
| AROMATICA | *Cinnamom.* | - - - | *Colocynthis* | NAVSEOSA. |
| ORGASTICA | *Allium* | - - - | *Hyoſcyamus* | VIROSA. |

# X. THERAPIA.

*Diætetici* actus efficiunt *Pathemata*;

*Pathematum* errores compeſcunt *Qualitates*.

| | | | |
|---|---|---|---|
| CAVDALIS | Coarctio | CASTITAS. | |
| | *Pandunt* | APHRODISIACA | |
| | | AMBROSIACA. | XI. |
| - - - - - | Expanſio | LIBIDO. | |
| | *Exſpirant* | DISCVTIENTIA | |
| | | HIRCOSA. | XII. |
| CEREBRI | Compreſſio | SOMNVS. | |
| | *Roborant* | TEMVLENTA | |
| | | NIDOROSA. | XIII. |
| - - - - - | Expreſſio | VIGILIVM. | |
| | *Pacant* | PAREGORICA | |
| | | FRAGRANTIA. | XIV. |
| SPINALIS | Inanitio | DEBILITAS. | |

*Inci-*

*Incitant* ANALEPTICA

SPIRANTIA. XV.

- - - - - Impletio VIGOR.

*Suffocant* NARCOTICA

TETRA. XVI.

OBLONGATÆ Retardatio LANGVITAS.

*Stimulant* CALEFACIENTIA

AROMATICA XVII.

- - - - - Reciprocatio ACTVS.

*Convellunt* EVACVANTIA

NAVSEOSA. XVIII.

CEREBELLI Relaxatio STVPIDITAS.

*Stringunt* SPASTICANTIA

ORGASTICA. XIX.

- - - - - Tractio SENSVM.

*Relaxant* FATVANTIA

VIROSA. XX.

## I. AQVOSA.

*Liquores.*

1. Aqua.
   Cereviſia
   Juſcula.
   Succi expreſſi.

*Radices.*

2. Rapæ. *
   Braſſicæ.
   Paſtinacæ.
   Dauci.
   Betæ.
   *Rapunculi.*
   *Siſari.*
   *Tragapogonis.*

*Turiones.*

3. Aſparagi.
   *Carduncul*i.
   Cichorii.

## II. SICCA.

*Capillares Herbæ.*

1. Filix mas.
   Ceterach.
   Scolopendrium.
   Trichomanes.
   Ruta muraria.
   Capillus ♀.

*Ligna.*

2. Sanctum.
   Guajacum. *
   Saſſafras.
   Juniperi.
   Cupreſſi.
   Lentiſci.
   Capparidis.
   Dulcamaræ.

*Radices.*

3. Sarſæparillæ. *
   Chinæ
   *Potatos.*

*Olera.*

4. Portulaca.
Lactuca.
Spinachia.
Atriplex.
Taraxacum.

*Fructus horæi.*

5. *Anguria.* *
Melo.
Pepo.
Chamæmora. *
Fraga.
Ceraſa.
*Pruna alba.*
*Perſica.*
*Armenica.*

*Semina farinoſa ſiccata.*

4. Piſa.
Fabæ.
Phaſeoli.
Ervum.
Lens.
Cicer.

*Præparata.*

5. Calcarea omnia.
Martialia. *
Panis biſcoctus.
Coffea.

III. ACI-

---

Aquoſa *vegetabilia non ſint exſiccanda.*
Diluentia, *Mundificantia vulgo dicta.*
Humectantia, *Obſtructiones tollentia, Debilitantia.*
Proſunt *Hæmorrhoidibus, infarctibusviſcerum, Polypis.*
Nocent *Oedemati, Hydropi.*
Abſorbentia, *Flatulenta* 4.
Exſiccantia, *Roborantia.*
Proſunt *Plethoræ, Rachitidi.*
Nocent *Maraſmo.*

## III. ACIDA.

*Liquores.*

1. Acetum. *
Vinum.
Cereviſia.
*Cedra.*

*Præparata.*

2. Tartarus.
Sal Acetoſellæ.

*Fructus Acidi.*

3. Citrus. *
Berberis.
Oxycoccus.
Vitis idæa.
Ribes.
Rubus.
Morus. *
Tamarindus.
Mala Acida.

## IV. AMARA.

*Fella Animalium.*

1. Vrſi.
Tauri.

*Succi.*

2. Aloë.
Myrrha.

*Fructus.*

3. Colocynthis.
Ignatii. *
Vomica.

*Radices Caudicesve.*

4. *Quaſſia.* *
Aloes lign.
China. *
Pareira.
Ophiorhiza.
Gentiana.
Dictamnus.
*Coris.*

*Herbæ.*

5. Fumaria. *
Centaurium. *
Gentianella.

*Herbæ.*

4. Acetoſa.
Acetoſella. *
Sempervivum.

*Radices.*

5. Senega. *

Chamædrys. *
Scordium. *
Hyſſopus.
Trifol. Aquat.
Card. Bened. *
Tanacetum.
Santolina.
Cinæ *Sem.* *
Artemiſia.
Abſinthium. *
Abrotanum.
Chamomill. Flor. *

V. PIN-

---

*Acida* refrigerant *reſolvendo cruorem.*

Attenuam *fibras teneriores ſ. vietiores reddendo, vt in carne aceto condita.*

Refrigerantia *reſolvendo ſanguinem.*

Attenuantia *craſſa, debilitantia, Stomachica æſtiva, venerea.*

Proſunt *Putridis, Phlogiſticis, Polyſarchiæ.*

Nocent *Criticis, Cachexiæ, Chloroſi, Leucorrhææ, Hydropi, Melancholiæ, Hyſteriæ, Hypochondriaſi, Architridi, Calculo.*

*Amara ſunt Balſamica cum reſiſtunt & aceſcentiæ & putredini.*

Balſamica *antiputredinoſa, antivenerea.*

Tonica *Emaciantia, rigefacientia.*

Proſunt *Acidis, & vbi Acida nocent, imprimis Criticis, Arthriticis, Calculoſis, Cachecticis.*

Nocent *Oculis, Nutritioni, Veneri.*

## V. PINGVIA.

*Olea expreſſa.*

1. Olivarum.
Amygdalor. *
Rapæ.

*Animalium ſucci.*

2. Medullæ. *
Butyrum.
Cremor lactis.
Sperma ceti.
Vitellus.

*Reſinæ.*

3. Balſami.
Copaiba.
Tolu.
Opobalſamum. *
Peruvian. Balſ.
Terebinthina.
Gummi-Reſinæ *partim.*

## VI. STIPTICA.

*Coriaria.*

1. Rhus. *
Quercus. *
Acacia.
Balauſtia.
Vva Vrſi.
Tamarix.
Ruſcus.

*Selecta.*

2. Fung. melit. *
Hypociſtis.
Acaciæ ſucc.
Sangu. drac. *
Catechu. *
Gallæ.
Boviſta.

*Radices.*

3. Rhodiæ.
Biſtortæ.
Tormentillæ.
Caryophyllatæ.
Pimpinell. ital.
Rubiæ.

| *Semina.* | *Fructus.* |
|---|---|
| 4. Lini. | 4. Olivæ condit. |
| | Myriſtica. * |
| | Granatum. |
| | Cydonia. |
| | Meſpila. |



---

*Semina exprimuntur in* Oleum, *hoc exſiccatur in* Reſinam. *Semina eadem cum aqua contunduntur in* Emulſionem; *hæc exſiccatur in* Gummi; *hoc aqua ſolutum fit* gluten *viſcidum. Animalia rediguntur in* Gelatinam; *hæc exſiccata fit* Glutinum; *hoc aqua ſolutum fit* Gluten *viſcidum. Vtrumque Gluten alit; ſuperfluum in texto celluloſo deponitur in* Pinguedinem.

Proſunt *Fluxibus evacuatoriis, Diarrhææ, Hæmorrhagiis, Hypochondriaſi, Anorexiæ, Herniæ, Polyſarchiæ.*

Obtundentia *acrium, Billioſa, Nutrientia, ſero tranſpirantia.*

Emollientia, *Expectorantia.*

Proſunt *Excoriatis: Colicæ, Dyſenteriæ, Anginæ, Viſui.*

Nocent *Criticis, Febribus, Eryſipelati, Hyſteriæ, Herniæ, Dentibus.*

Inpiſſantia *Humorum; Cum Vitriolo ferri nigricantia.*

Adſtringentia, *Depſantia coriaria, Obſtipantia.*

Nocent *Obſtructionibus, Obſtipationibus, Cryſtalliſationibus Calculi, Architridis.*

## VII. DVLCIA

*Lacticinia* recentia.

1. Lac dulce.
   Emulſiones.

*Parata.*

2. Saccharum. *
   Syrupi.
   Conſervæ.
   Condita.
   Confectiones.
   Mel

*Radices.*

3. Liquiritiæ. *
   Polypodii.

*Pericarpia.*

4. Caricæ. *
   Dactyli.
   Jujube.
   Siliqua dul.

## VIII. ACRIA.

*Septica.*

1. Euphorbia. *
   Coccognidium. *
   Capſicum. *
   Cataputia.
   Arrum. *
   Pyrethrum.
   Plumbago.
   *Sclinum* ▽.
   Cicuta.
   *Oenanthe.*
   Sedum.
   Perſicaria.
   Ranunculus.
   Pulſatilla.

*Antiſcorbuticæ.*

2. Sinapis. *
   Armoracia. *
   Naſturt. ▽.
   Raphanus.
   *Tropæolum.*

Caſſia fiſt.

*Nuclei.*

5. Cacao.
Amygdala. *
Pini.
Piſtaciæ.

*Cerealia dulci-mucoſa.*

6. *Ex his parata.*

*Bulbi.*

3. Allium.
Porrum.
Cepa.
Scilla. *

*Aromatica omnia IV.*

4. *Imprimis* 1, 2, 3, 4, 5.

*Hydragoga.*

5. Iris. *
Ariſtolochia.
Serpentaria.

IX.

---

*Dulcia nutriunt, ſi ſimul mucoſa ſ. pinguia.*

Edulcorantia *Acrium Acidorumque, Expectorantia.*

Incraſſantia *nutriendo relaxando, Vulneraria.*

Proſunt *Tuſſi, Cachoëti, Senio.*

Nocent *Laxis, Eryſipelati, Exanthematicis, Hyſteriæ, Odontalgiæ.*

*Reſinæ pleræque & Olea rancida ſunt acria.*

*Acria ſunt diuretica, exceptis aromaticis.*

Incidentia *viſcidi.*

Corrodentia *Rubefacientia, Veſicantia, Excoriantia, Stimulantia, Pellentia.*

Proſunt *Frigidis, Soporoſis, Sterilibus, Hydropi, Aſthmati, Scorbuto.*

Nocent *Phlogiſticis.*

## IX. MVCOSA.

*Animalia.*

1. Albumen.
   C. C. gelat.

*Semina.*

2. Ocymi.
   Hormini.
   Pſyllii.
   Cydonii.
   Fœni græc.

*Cortices.*

3. Viſci.
   Myxæ.
   Filicis.

*Gummata.*

4. Arabicum.
   Ceraſi.
   Tragacanth.

## X. SALSA.

*Aquæ.*

1. Acidulæ.
   Aqua mar.

*Præparata.*

2. Sal culinar. *
   Piſces ſalſi.
   Haleces.
   Encraſic.

*Plantæ.*

3. Salicorneia.
   *Salſola.*
   *Chenopod. mar.*
   *Meſembr. neap.*
   *Reaumuria.*

*Radices.*

5. Symphyti.

Pulmonar. mac.

*Herbæ.*

6. Malvæ.

Altheæ. *

Alceæ.

Meliloti.

*Fructus.*

7. Caricæ.

Jujubæ.

XI.

---

*Mucoſa ſunt principium ſolidi in corpore.*

*Mucoſum deſtruitur a frigore, vt in glutine ex Amylo.*

Inviſcantia *acrium, nutrientia.*

Lubricantia *ſtrictorum.*

Proſunt *Doloribus, Torminibus, Spaſmis, Colicæ, Calculo, Stranguriæ, Obſtipatis, Parturientibus, Raucedini, Tuſſi, Hæmoptyſi.*

Nocent *Soporoſis, Anorexiæ.*

*Salia vrinam excernendo, ipſa diuretica ſunt.*

Penetrantia *deſtruendo ſanguinem. Diuretica, Aphrodiſiaca.*

Abſtergentia *Rigefacientia, Exulcerantia, Stomachica.*

Proſunt *Soporoſis, Anorexiæ.*

Nocent *Scorbuto, Febribus, Vlceribus.*

## XI. AMBROSIACA.

*Animalia ſpecifica.*

1. Ambra. *
Moſchus *
Zibethum.

*Orchideæ.*

2. Vanilla. *
Orchis.

*Moſchatæ.*

3. Abelmoſch.
Matriſylva
*Holcus odor.*
*Milium ſylv.*
*Lathyrus odor.*

## XII. HIRCOSA.

*Hircina.*

1. Geranium robertian.
*Hypericum hircinum.*
*Satyrium hircinum.*
Pimpinell. noſtr. *rad.*

*Vrinaria.*

2. Vulvaria.
Linaria.

*Felina.*

3. Serpentaria.
Valeriana *rad.*
Nepeta.
Mentha. *

*Hyacinth. moſc.*

*Malva moſc.*

*Allium moſc.*

4. Sabina.

Ruta.

*Balſama pleraque.*

XIII.

---

*Ambroſiacus odor plerumque inviſus Hyſtericis.*

Præſervant *á* Contágiis, *Acaris.*

Hircoſa *compeſcunt Hyſteriam, quam irritant Ambroſiaca 3, certe Mentha & Ruta ſterilitantes ſunt, ſed odore mixto.*

Rancida *ad hanc claſſem pertinere videntur.*

## XIII. FRAGRANTIA.

*Flores.*

1. Citri.
Aurantior. *
Tiliæ.
Cheiri.
*Nerii.*
*Polianthes.*
Jaſmini.
Lilii.
Violæ.
Nympheæ.
Fabæ.
Galii.
Primulæ *Rad. Fl.*

*Triſtes nocturni.*

2. *Heſperis triſt.*
*Cheiranth. triſt.*
*fruticoſ.*
*Ceſtrium nocturn.*
*Crucianell. marit.*
*Reſeda ægypt.*
*Chomelia.*

## XIV. NIDOROSA.

*Amara.*

1. Humulus.
Myrtus brabant.
Roſmarinus ſylv. *
Vitex.

*Halituoſa.*

2. Abrotanum. *
Abſinthium.
Tanacetum.
Matricaria.
Hyſſopus.
Betonica.

*Dulceſcentia.*

3. Botrys.
Cyperi *Sem.*

*Vſtulata.*

Foci.
Coffea.

*Roſea.*

2. Jolhithus.

Tunicæ *Flor.*

Roſæ *Flor.*

Rhodiæ *Rad.*

Rhodii *Lig.*

Santali *Lig.*

Saſſafras *Lign.*

*Subaromaticæ.*

4. Crocus * ℈ j.

Myriſtica.

*Permanentia.*

5. Iris florent *Rad.*

Caryophyllat. *Rad.*

Spica celt. *Rad.*

Melilotus *Herb.*

Foen. græc. *Sem.*

*Ferinæ carnes.*

Cervi.

XV.

---

Extrahuntur *optime Oleis expreſſis.*

*Nidoroſa pleraque ſunt Amara.*

*Copioſius aſſumta inebriant cum Cephalalgia.*

Nocent *Oculis, Veneri.*

## XV. SPIRANTIA.

*Verticillatæ.*

1. Marum. *
Thymus.
Satureja.
Roſmarinus.
Salvia.
Horminum.
Sclarea.
Dictamnus cret.
Origanum.
Majorana.
Meliſſa.
Baſilica.
Pulegium.
Mentha. *

*Fermentata doſi refracta.*

Vina.
Spiritus diſtillatus.
Spiritus Salis Armoniac.

## XVI. TETRA.

*Fœtidæ.*

1. Papaver. *
Opium. * gr. ij.
*Cimicifuga.* *
Actæa. *
*Anagyris.*
*Stachys foet.*
Scrophularia.
Pæonia.
Sambucus.
Ruta
Buxus.
*Tagetes.*
Spigelia.

*Umbellatæ.*

2. Coriandrum.
Anethum.
Leviſticum.
Apium.
Conium.
Cicuta.

An-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0048-9

Angelic. atropurp.

*Mephitica.*

3. Fungi *varii.*

Mucor vnctuoſus, Muſcedo.

Putrida Ligna, Herbæ. Animalia. Vlcera. Halitus, Ozæna.

*Secreta.*

4. Caſtoreum.

XVII.

---

Reſolvunt *inflammata, excitant nervos, reficiunt vires.*

Extrahuntur *Spirantia optime Spirituoſis.*

Fumant *Oleum eſſentiale pyxides olidæ globoſæ ſub poris latitantes, vt in cortice citri ſ. foliis Hyperici.*

Nervorum *actiones incitant, vix calefaciunt.*

*Doſi majori aſſumta pupillam dilatant, ſcotomiam inducunt, copioſiori paralytica evadunt; juſta vero* Dolores *&* Spaſmos *tollunt.*

Externe *primaria ſunt* Repellentia.

Interne *audiunt* Expellentia *cum eos Natura omnimode eliminare ſtudet per poros;* Evacuationesque *omnes ſiſtunt excepta diaphoreſi & lacte.*

## XVII. AROMATICA.

1. Cinnamomum. *
Caſſia lign.
Canella alb.
Malabatrum.
Laurus.
Camphora. *

2. *Dracoceph. canar.*
*Camphorata.*

3. Caryophylli.
Pimenta.
Myrtus.
Cubebe.
Piper.

4. Cardamom.
Galanga.
Zedoaria.
Zingiber.
Coſtus.
Acorus.
Contrajerva.

## XVIII. NAVSEOSA.

*Amara.*

1. Aloe. * ℈j.
Elaterium. * ℈j.
Colocynthis *extr.* [gr. iv.
Bryonia. ʒij.
Scammonium. * ℈ß.
Senna. * ʒj.
Gratiola. ℈ij.
Linum cath. ʒij.

*Acria.*

2. Veratrum.
Helleborus. * ℈j.
Aſarum. ℈ij.
Jalapa. * ℈ij.
Turpetum. ʒj.
Soldanella. ʒij.
Cyclamen.
Ipecacuanh. * ℈j.
Sambucus.
Ebulus.

*Vm-*

*Vmbellatæ acriores.*

5. Angelica.
Imperatoria.
Gentian. alb.
Meum.
Carum.
Cyminum.

*Dulceſcentes.*

6. Petroſel. mac.
Cerefolium.
*Odorata.*
Foeniculum.
Aniſum.
Aniſ. ſtellat.

*Stiptica.*

3. Rheum. * ʒj.
Rhapontic. ʒij.
Lapathum. ʒiv.

*Acida.*

4. Tamarindus. * ʒiv.

*Dulcia.*

5. Caſſia. fiſt. * ʒviij.
Polypodium. ʒxij.
Mechoacan? ʒij.
Dulcamara.

XIX.

---

*Aromata omnia ſunt acria, calefaciunt incitando vitam.*

Nocent *calidis, juvenibus, Phlogiſticis.*

Emetica, Cathartica, Diuretica, Sudorifera, Errhina *eadem, doſi & modo diverſo propinata.*

## XIX. ORGASTICA.

*Bulbi.*

1. Scilla. *
Allium. *
Cepa.
Porrum.

*Alliatæ.*

2. Alliaria.
Scordium
*Petiveria*

*Antiſcorbuticæ.*

3. *Thlaſpi all.*
Armoraica. *
Sinapis. *
Raphanus.
Eruca.
Naſturtium.

## XX. VIROSA.

*Luridæ.*

1. Datura.
Hyoſcyamus.
Mandragora. *
Belladonna.
Solanum.
Tabacum.
Antirrh. Orontium.

2. Arnica.

3. Cannabis. *

4. *Harmala.*

Eryſimum.

Sophia.

*Gummi-reſinæ.*

4. Aſſa foetida. *

Ammoniacum.

XXI.

---

*Extrahuntur orgaſtica* 1, 2, 3, *potius aquoſis, quam Spiritibus aut oleis, contra ac in reliquis olidis.*

Diuretica *ſunt horum pleraque* 2, 3; Diaphoretica *imprimis* 4, 1.

Odores *aut* Sopores *mixti diverſum exſerunt effectum;*

*Olida varia non niſi calide infuſa pateſcunt.*

Vires *in modica doſi pleræque cum* Tetris *communes exſerunt, cautius propinanda.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0053-6

## XXI. COLORATA.

*Rubra.*

1. Braſilienſe L.
Sappan L.
Orleana.
Sangu. drac.
Cathecu.
Rubia.
Biſtorta.
Tormentilla.
Acetoſæ *Rad.*
Balauſtia.
Roſæ rubr. *Flor.*

*Lutea.*

2. *Berberis* C.
Frangula.
Cerviſpina.
Gutta *Gum.*
Crocus.
Curcuma.
Cheiri.
Carthamus.
Alcanna.
Chelidonium.
Rheum.

## XXII. CREPITANTIA.

*Ligna.*

1. Frangula.
Abies.

*Herbæ.*

2. Calendula.
Cerefolium.
Centaurium.
Lappa.

*Semina.*

3. Eruca. *Sem.*

Lapa-

Lapathum.
Geniſta.
*Xanthium.*

*Cærulea.*

3. Lacmus *Crotonis.*
Indigo *Indigophoræ.*
Glaſtum *Iſatidis.*
Nephritic. *Lign.*
°8 Pimpinellæ.
Chamomillæ.
Millefolii.
▽ Cardiacæ.
Pulſatillæ.

*Nigr.*

4. Hypociſtis.
Fungus melitenſis.
*Orobus niger.*
Anacardium.
5. Dictamnus *Rad.*



---

Rubra *ſæpius ſtiptica evacuationes obturant.*
Lutea *bili favent.*
Nigra *Sanguineas evacuationes ſiſtunt.*
Tinctoriæ *vires medicas diutius exſerunt.*
*Vires horum & cauſſæ qualitatis non dum innotuere.*

| XXIII. LACTESCENTIA. | XXIV. TOXICA. |
|---|---|
| 1. Gutta Gum. | *Lacteſcentia pleraque.* |
| Chelidonium. | 1. Euphorbiæ. |
| Sanguinaria. | Papavera. |
| Papaver. | Chelidonia. |
| | Lobeliæ. |
| | Convolvuli. |
| *Campanaceæ.* | Ficus. |
| 2. Convolvuli. | Rhus. |
| Campanulæ. | Lactuca viroſa. |
| Lobeliæ. | *Vepreculæ omnes corroſivæ.* |
| | 2. *Ordo naturalis XXXI.* |
| | Mezereum.Cocc.Gnidium |
| *Contortæ pleræque.* | *Contortæ omnes.* |
| 3. *Ordo naturalis XXX.* | 3. *Ordo naturalis XXX.* |
| | Vincæ Toxicum. |
| *Cerbera.* | Vinca. |
| *Rauvolſfia.* | *Tricoccæ omnes.* |
| *Periploca.* | 4. *Ordo naturalis XXXVIII.* |
| *Apocynum.* | Mercurialis. |
| *Aſclepias.* | Caſcarilla. |
| *Cynanchum.* | Ricinus, Cataputia. |
| | Tiglia, Pavana. |
| | Euphorbia. |
| *Tricoceæ pleræque.* | *Luridæ omnes.* |
| 4. *Ordo naturalis XXXVIII.* | 5. *Ordo naturalis XXVIII.* |
| | Mandragora. |

*Eu-*

| | |
|---|---|
| *Euphorbiæ.* | Belladonna. |
| *Jatropha.* | Nicotiana. |
| *Plukenetia.* | Hyoſcyamus. |
| *Hippomane.* | Solanum. |
| | *Vmbellatæ aquaticæ.* |
| 5. Rhus. | 6. Cicuta. |
| Vernix. | *Phellandrium.* |
| Ficus. | *Oenanthe.* |
| Aloë *Lign.* | *Sium.* |
| Selinum ▽. | *Polyandræ polygynæ XXVI.* |
| | 7. Delphinium. |
| | Aconitum. |
| *Semifloſculoſæ XLIX.* β. | Aquilegia. |
| 6. Taraxacum. | Nigella. |
| Lactuca. | Anemones. |
| Auricula. | Ranunculi. |
| Cichorium, Endivia. | Pæonia. |
| | *Liliacea varia.* |
| | 8. Corona imperialis. |
| | Glorioſa. |
| | Hyacinthus. |



Toxica *ſunt pleraque, exceptis Semifloſculoſis 6, præter Lactucam viroſam, Scariolam, quæ tamen antivenerea, Paregorica.*

Toxica *ſunt aut ſapore Acria corroſiva, aut odore Tetra, Nauſeoſa, Viroſa, electrum ſuffocantia, repellentia.*

## XXV. LACTARIÆ.

*Colore.*

1. Crocus.

*Sapore.*

2. Abſinthium.
Scordium.
Allium.

*Subſtantia.*

3. Pinguicula.
Ros ſolis.
Boletus.
Tilia.

*Coagulat.*

4. Ficus.
Cynara.
Galium.
Lamium.

*Reſolut.*

5. Mentha.

## XXVI. VRINARIÆ.

*Color.*

1. Opuntia.
Rubia.
Crocus.
Curcuma.
Rheum.
Cardbened.
*alb.* Bardana.
*nigr.* Liguſticum.

*Sapor.*

2. Abſinthium.
Copaiva.

*Odor.*

3. Reſinæ.
Balſama.
Coſtus.
Myriſtica.
Macis.
Aſparagi.
Cardui.

*Pelli.*
6. Lactuca.
Cerefolium.
Foeniculum.
Nigella.
Sambucus.
Fraga.
Thlaſpi.
Allium.

*Repellit.*
7. Mentha.
Matricaria.
Petroſelinum.
Apium.
Coriandrum.
Anethum.
Geran. robert.



---

ALVINA.
*Nigr.* Martialia.
*Alba* Agaricus.
*Rub.* Fraga.

## XXVII. ANTHELMINTICA.

*Herbæ.*

1. Spigelia. *
   Muſc. cumat.
   Ruta.
   Botrys.

*Semina.*

2. Hypericum.
   Amygd. amar.
   Perſica.
   Lupinus.
   Juglans.
   Sophia.
   Nigella.
   Ricinus.
   Cina.
   Zedoaria.
   Saponaria.

## XXVIII. PHTHIRIACA.

Pulices.

1. Satureja.
   Pulegium.
   Perſicaria.
   Cotula.

Pediculi.

2. Sabadilla. *
   Staphiſagria.
   Cocculi.
   Lauri.
   Piper.
   Ruta.
   Nicotiana.
   Centaurium.
   Lycopodium.
   Ledum.
   Pinguicula.
   Indigo.
   Crocus.

*Radices.*

3. Ariſtoloch.
Dictamnus.
Allium.
Liquiritia.
Gramen.

*Succi.*

4. Aſſa foetid.
Saccharum.
Petroleum. *
Pix liquid. *

Cimices.

3. Cimicifuga. *
Cannabis *
Plumbago.
Mentha.
Naſturtium.
Myrica.
Geran. robert.
Opulus.
Acorus.
Capſicum.
Agaric. muſc. *

## XXIX. EXANTHEMATICA.

1. Ambra. *
Moſchus. *
Zibethum. *
Abelmoſch.
Matriſylva.
Geran moſc.

2. Crocus.

3. Piper.

4. Colchicum.

5. Scabioſa.
Lapathum.
Sulphur.
Hydrargyrum.

## XXX. CAUSARIA.

*Febris.*
Caſtanea.
Santalum.
Juglans.
Sambucus.

*Gaſtritis.*
Crepitus Lupi.

*Angina.*
Juglans.

*Ophthalmia.*
Myriſtica.
Lactuca.
Abſinthium.
Crepit. lupi.

*Cephalalgia.*
Roſmarin. ſylv.
Myrtus brab.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0062-6

Abſinthium.
Meum.

*Epilepſia.*
Coriaria.
Apium pol.

*Paralyſis.*
Juglans.

*Singultus.*
Piper

*Tuſſis.*
Capſicum.

*Invenias primis a Senſibus eſſe creatam.*
*Notitiam veri; nec Senſus poſſe refelli,*
*Qui niſi ſint veri, ratio quoque falſa ſit omnis.*

OVID.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0064-8

# INDEX.


Abſorbentia 19.
Abſtergentia 20.
Acida 19. 32.
Acidula 18.
Acria 20. 36.
Actio 25.
Adſtringentia 20.

Amara 19. 32.
Ambroſiaca 26. 40.
Analeptica 27.
Anthelmintica 56.
Aphrodiſiaca 26.
Aquoſa 19. 30.
Aromatica 27. 46.
Attenuantia 19.

Balſamica 19.

Calor 18.
Calefacientia 27.
Cathartica 47.
Cauſantia 58.
Caſtitas 25.
Cibus 18.
Colorata 50.
Convulſiva 27.
Corrodentia 20.
Crepitantia 50.

Fames 8.
Farinoſa 31.
Fatuantia 27.
Fibræ 16.
Fluxa 18.
Fluida 16.
Fragrantia 26. 42.
Frigus 18.

Glutinoſa 18.
Gracilia 18.

Hircoſa 26. 40.
Humores 16.
Humida 18.
Humectantia 19.

Incidentia 20.
Incitantia 27.
Incraſſantia 20.
Inſpiſſantia 20.
Inviſcantia 20.

Lacteſcentia 52.
Lactaria 54.
Languitas 25.
Laxa 16.
Libido 25.

Macra 18.
Martialia 31.

Paregorica 27.
Pauperata 18.
Penetrantia 20.
Phtiriaca 56.
Phlogiſtica 18.
Pinguia 20. 34.
Plethorica 18.

Qualitates 19.
Quies 18.

Refrigerantia 19.
Relaxantia 27.
Retenta 18.
Rigida 18.
Roborantia 27.

Salſa 20. 38.
Senſum 25.
Sicca 19. 30.
Somnus 18. 25.
Solida 16.
Spaſtica 27.
Spirantia 27. 44
Stimulantia 27.
Stiptica 20. 34.
Stricta 16.
Stringentia 27.
Stupiditas 25.
Sudorifera 47.
Suffocantia 27.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0065-3

Denſa 18.
Debilitas 25.
Diatheſis 16.
Diſcutientia 26.
Diluentia 19.
Diſcaſia 16.
Dulcia 20. 36.

Edulcorantia 20.
Emetica 47.
Emollientia 20.
Errhina 47.
Evacuantia 27.
Excreta 18
Exſiccantia 19.
Exſpirantia 26.

Mephitica 45.
Motio 18.
Mucoſa 20. 38.
Muriatica 18.

Narcotica 27.
Nauſeoſa 26 46.
Nidoroſa 26. 42.

Obtundentia 20.
Oleoſa 18.
Olera 31.
Orgaſtica 26.

Pacantia 27.
Pandentia 26.

Temulenta 27.
Tenacia 18.
Tenera 18. 44.
Tenuia 18.
Tonica 19.
Torrida 18.
Toxica 52.
Turgida 18.

Vigiliæ 18.
Vigilium 25.
Vigor 25.
Vires 19.
Viroſa 26. 48.

Urinariæ 54.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0066-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0067-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0068-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0069-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0070-0

Ua 1726
5
ULB Halle 3
005 311 772

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0071-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0072-2

# CAROLI A LINNÉ
EQV. AVR.
ACAD. REG. PARIS. MEMBR.

# CLAVIS MEDICINÆ
DVPLEX,
EXTERIOR & INTERIOR.

---

*Univerſum luctâ diſcordium æquilibratur.*

---

## ITERATA EDITIO
FORAS DEDIT ET PRÆFATVS
EST
ERN. GODOFR. BALDINGER,

PHILOS. ET MED. DOCTOR,
PRAEFECTVRAE LONGOSALISSENSIS PHYSICVS, ACAD.
MOGVNTIN. SC. VTIL. NEC NON SOCIETAT.
TEVTONIC. IENENS. ELEGANT.
LITTERAR. SOC.

LONGOSALISSAE,
APVD IO. CHR. MARTINI.
1767.

1902: G Kl 518

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-293152-p0073-7